Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26352
Copyright: Admont, Benediktinerstift



29

humanitatis quidem divinitatis nulla unquam
mortalitatis et passibilitatis dignari infir
mitas possit. Unde apls ait. Xpe resurgens
a mortuis iam non moritur: mors illi ultra non
dominabitur. Et quia sic temptatus per passionis
ignominiam. sic glificatus per resurrectionis
omnipotentiam. dilectus electus unigenitus filius
mitare oportuit in gloriam suam. quartum
iam non incongrue subiungit ascensionis
sacramentum. Bibit inquit unum cum lacte meo.
Exaltatus quidem homo xpe ihe in sede magnitudinis
coram deo patre et beatis angelorum
spiritib. suavissimum quodam bibit unum
letitiae et exultationis. dum animas redemp
tae patrie maiestatis presentant espectui.
ipsumque dum patrem suae passionis intuentur
recreatum et repropriatum humano uidet
genere. Hoc mirum tantae iocunditatis
inebriatus uino. immemor pia quadam
oblivione factus est tot laboris et miseriae.
tot passionis et ignominiae. quam in die
bus carnis suae predicando et saluando pas
sus est homines. Bibit inquit unum meum
cum lacte meo. Quia enim ds infans uirgi